



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXV. Medicinæ curam esse oportere maximam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

CAPUT XXV.

Medicinae curam esse oportere maximam.

§. 1. QVOD dictum est omnibus ab Ecclesiastico cap. 38. de honorando medico, id precipue Reipublice, & principi imperatum est. Eorum enim est, non sibi modo, sed toti patriae prospicere, ut opportune morbis obuiam eatur, medici, Chirurgi, Pharmacopola praestantes habeantur. Ea vero munificentia habendi sunt, ne egrorum turbam optent. Quemadmodum vero prudens paterfamilias, cum famem sedauit, in futuram necessitatem tamen comitum reponit, ita quoque ciuitas vel vnum, vel plures habeat medicos, qui priuatis morbis, & epidemicis medeantur. Nec modo in Republica foueat, sed honoratum quoque locum tribuat. Ego quod ea de re sentio perspicuis verbis complectar.

Medicus
Reipublicae
praeceptum
honorandus.

§. 2. Honor medicis singularis in Republica tribuatur, Ita diuina litera, Eccle. cap. 38. 1. Honora medicum propter necessitatem. etenim illum creauit Altissimus. Deo est enim omnis medela, & a rege accipiet donationem. Disciplina medici exaltabit caput illius & in conspectu magnatorum collaudabitur. Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Nonne a ligno indurcata est aqua amara? Ad agnitionem hominum virtus illorum, et dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis. In his curans mitigabit dolorem, et impientiarum faciet pigmenta suauitatis, & vitiones conficiet sanitatis et non consummabuntur opera eius. Pax enim Dei super faciem terrae. Graeca hodierna pleraque habet: Τῆς γὰρ ἰατρικῆς τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς ἀνάγκη. Honora medicum ad necessitates honoribus eius. Non enim honorem inteligit, quo illi succurras, nec egerat, sed hoc videtur, ut cum antequam morbi necessitas in extorqueret honores. Sic Ben. Sira exposuit, Et alij Hebraei: Medicina iubeat dari munera, honoremque impertiri, ut eorum memoriae, et tempore, se lubens, promptus iuuuat.

Altissimus
Deus
creauit
medicum
de terra.

Medicus
maius
honoris
comitatus.

§. 3. Tanta fit in Republica Medici dignitas, praemioque, vrad ea etiam nobiles magnatesque aspirant; sic non minus ad capefscendam Reipublicam aditus Machaoni, quam Democrito. Cur enim non committant illi Reipublicae partem, aut vitam suam, liberorum, conqueuntque concedunt. Cuius, cur ita iudicem est; quia sanitatem Civium et principis dignam esse iudico, quae a viris primariis curatur. Nec indignum est viro nobili obire pauperum casus, tenere arteria pulsant, signa morborum et criteria iudicare, catapotia praeparare. Humana malitia est quae salutis suae antistitibus estimationem detraxit & eadem tamen scelenti morum vindicta, suae aeternitatem circumposuit. Fasces et securis et lictor magistratibus adduntur tanquam insignia potestatis et sunt tamen carissimum instrumenta. Carceres illi docent, noxios tendi, impetis secari, vici in cruce agi imperant. Atque ad hanc potestatem ambitiosa iudicum et praefectorum nomina deducunt. Cur uero non sit honor medico vnde salubritatis patrono, quam iudici morbis administrato. Invidit bonis suis uoluntate nostra ordinis corrumpitur quae potestatem perdendi reos pluris aestimat, quam salutem cithabem seruandi civis. Unde hoc tantum malum est, ut minor sit qui seruat bonos, quam is, qui perdit malos? Quid non eo diuitem velim, quae vel iuris peritis vel magistratibus medicos praeforim velim. Nam magister ab his suis manet honor, et partem mercedis ordine nemo. Et si res confutis ex more Academicum sedent medici, sed ut ostendamus eos quoque publicis dignitatibus ornandos, nec quidquam in eorum familiaribus vile censebimus esse.

Et Laertii de his quae in antiquis philosophis dicitur: πάντων ἐξ ἐν-
ταύτης καὶ τοῦ ἑαυτοῦ ἀποδοῦναι τοῖς αἰσίου. In natu-
ralibus omnium maxime rationes reddidit, etiam ad res usque
minimas. Ideo vtiliter, quoad has duas partes attinet, in scho-
las receptum fateor: quem enim potius? & veteres alii, qui hac
tradiderunt, ego perierunt. Sed & opus inuentum certum do-
ctorem, & dogmata esse, quibus insuecant. Quemadmodum
folia, aut Seneca, per se vivere non possunt, ramum desiderant,
cui inhaereant, ex quo succum trahant: sic precepta si sola sunt,
marcent, insigili volunt sectae. Inuentum, inquam, hoc opus: at
iam viros, quae inuidia aut ignavia est, longius non mittere: In
Theologicis, in Ethicis, in ipsis Physicis, quam multa praecara,
rara, Pythagorei aut Stoici dixerunt, & quadam etiam alii.
Hec ego non adeam, vserpam, & velut relicta a maioribus
hereditatem cernam? Audacter & ut si in senatu sedeam, non
audiam tantum, sed examinem: & ipse rogatus, sententiam
dicam. Nam semper illam vnius sequi (argute noster Anneus)
non id curae, sed factionis est. Equidem ad iurum & veneror in-
uentam, inuentore quae sapientia: sed ut homo homines, & qui non
Domini nostri, sed duces sunt. Quis ille tam feliciter imo tam
diuine sapiens.

Auctor opus
est & dux
adolecen-
tibus.

Alii inu-
genti, nemo
vnius habet
omnia, sed
nemo plura
aut melio-
ra quam
Aristoteles.

Omnia veridico qui quondam ex ore profudit?
Non fuit, non erit. Et est haec aeterna illius benignitatis, spargere
ingeniorum dona in aetates, & in homines: nec in vnam illam,
aut hunc vnum, omnia & semel contulisse. Optimus vatum

Αὐτὸς ὅπως ἀπὸ πάντων θεῶν δίδωται ἀνθρώποις.
Sed non in simul, & semel, omnia Diuisa donant.

Plato in-
ferior Ari-
stotele.

Vtendum est testimonio magnorum virorum, ut
nostra causa tantis auctoribus probata, verecundia
patronorum tuta sit. De Logica, & Physica nemo ne-
gabit, nisi si quis meliorem ostendat auctorem, accu-
ratorem, & argumendi peritorem. Platonis Dia-
lectica pene nulla est, Physica illius pauca, & erro-
rum plena. Morales disputationes plures, sed nullae
compendio totam Ethicam tradunt. Patrum aetate
magnus habitus est, quia in rebus moralibus multa
docuit, & in diuinis ad Christianos accessit; Multa-
que argumenta Episcopis, contra Idololatrias suppe-
ditauit.

Alii inu-
genti, nemo
vnius habet
omnia, sed
nemo plura
aut melio-
ra quam
Aristoteles.

§. 4. Tertia lex. In Logica, Physicaque; ita Aristot. ex-
ponatur, ut quicquid ex veteribus, recentioribusque
doctum, & vile colligi potest, simul accurate tradat-
ur. Nam nihil alios vidisse praeter Aristotelem, nihil
tot millia interpretum addidisse Aristoteli, non modo
incredibile est, sed libri quoque innumera ostendunt.

Vide caput
de studio
Philoso-
phiae.

§. 5. Quarta. In Dialectica res breuiter exponatur,
inutiles traxe, argutiaeque tollantur. Nouae quaestio-
nes ne addantur, multa ex veteribus resecantur.

Ignorantia
operum Dei
supersticio,
magiaque
inualefcit.

§. 6. Quinta lex. In omni genere scientiarum ma-
thematicarum, hoc agendum est, ut perfectissimi
habeantur auctores, & professores, nam omnium in
Republica vtilium, & machinarum, opificiorum at-
que temporis ratio ipsa, ab illis profluit. In primis sit
qui caeli motus, atque astra contempletur, omnes e-
ius partes exponat. Multa res illa ad vitam civilem,
atque adeo caelestem facit, opera Dei considerare,
magnitudinem, symmetriamque cognoscere, terra-
rum tractus diuidere. Multae, & ridiculae ex harum
ignorantia, superstitiones orta sunt fabulaeque et-
iam apud barbaras nationes, quin & magicae incan-
tationes, non nisi inficitia talium rerum nituntur. Sint
igitur iuncti Astrologis, Geometrae, Geographi, A-
rithmetici, Gnomonici, Dioptrici, instrumentorum
etiam fabricatores, nulla enim harum artium est,
quae non aliquando summam necessitatem, vsum-
que habeat.

§. 7. Suprema demum cura Metaphysica tribu-
tur, quae proxima Theologiae est, imo naturalis quae-
dam Theologia, cuius etiam nunc pars praecipua in
Theologia docetur. Quae de re initio suae Metaphy-
cae Franciscus Soarez noster plurima, accurate, &
maque disputat.

mum, fecisse: similia leges exempla in Theatro vita humana
vol. 10. lib. 6. Tit. Avaritia εν λήξει.

Philippi Regis dictum in medicum opulentum, sed anarum,
 & petacem: nam cum vulnus in colli accepisset clavicula, & ab
 eo curaretur, ipsi quasi in fursurans demissa voce dixit, cape
 quantum libet, quia clauem habes, hoc est, λαμβαν εὐσταθὲς
 τι. 88. λαμβαν εὐσταθὲς τι. Plur. in apoph.

lure optimo labori donatuum capiet medicus,
quia præstat eum diuitem esse, vt pauperes gratis, aut
etiam omnes curet. Ita Hippocrates sane fecit. Et Au-
sonii parens.

Obtuli, inquit, opem cunctis poscentibus artis inemptæ
Officiumque meum cum pietate fuit.

§. 6. Ad docendam, vel exercendam medicinam, nemo nisi diu, accurateque doctus admittatur : De honoribus Academicis supra dixi, qui quia sæpe dantur indignis, non debet ea auctoritate stare princeps, vt si quis ex Italia, Galliaue alicuius Academicæ testimonio instructus veniat, is medicus censeatur. Quid enim indignius, quam eum, qui aliquot aureis medici titulum emit, habere ius publicum occidendi, & perignobiles, interdum etiam illustres mortes artis experimenta querendi ? Nimis sæpe iactari vulgata paræmia solet, quod olim factum, & dictum est.

Μόνω δ' ἰατρῶ τῷτὸ καὶ σωτηρόρω

*Εξέειν αποκλείειν μὲν. ἀποθήσκειν δὲ μή.

Soli medico, solique aduocato, sine pœna mortis, occidere fas est.

§. 7. Medico imperito, si agros curandos susceperit, capitale esto, quamvis forte curauerit. Nam bonus exitus ex Deo est, ipsius temeritas agrum perdidit. Leges quidam esse reprobant, praxineque inhibent, libr. 6. §. Sed & reprobari. Et merito, præstat enim praxin cessare, quam pharmacis occidi homines. Sed maiorem merentur pœnam, qui discunt periculis nostris, qui experientia per mortes agunt. Iam olim querebatur Plinius lib. 29. cap. 1. nullam esse legem, quæ inficitiam capitale medicorum puniat. Dedisse philtern capitale olim fuit; quia dubiū medicamentum obtulisse, cædis reum facit. At medicus imperitus certus esse non potest. Itaque semper anceps; salubrene pharmacum, an venenum offerat, hæret; & si profit, casu id facit non scientia. Non vacat scelere illa, quæ

Etiam si vi- *Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito,*
uat, qui du- *Nec satis ad mortem credidit esse datum;*
bium medi *Miscuit argenti letalia pondera viui;*

sed vicit tamen maritus pugnancia inter se venena,
cepit, non nec eo magis vita illius absolvit veneficam.

Non est lex, quam suadeo, seuera: De vita hominum agit, & pro vita. Vitam hominis qui dubie curat, contempsit. Qui in periculum urbem, aut exercitum deduxit, proditor habetur. Quid de eo senties, qui accepta pecunia, non certo discrimine venena, & pharmaca dispensat? Minus nocet imperitus aduocatus, quia facilius error eius cognoscitur, & aduersarium habet; ideo nemo se facile arena committit, nisi spe victoriam: medicorum in tuto res est. cum oc-

& qui notabiliter negligit studere, aut infirmos visitare, quamvis egrotus sanetur, iuxta S. Anton. cum obligatione re-
stituendi, iuxta mentem Panor. & omnium, & qui adhibet
medicamenta morbo, antequam eum cognoscat, licet qui per
diuturnam experientiam didicit curare obliquos morbos, puta
scabiem, osium fracturam, tuberculum ocularem, fistulas, do-
lorem dentium, & molarium, aurium, & aliorum similium
possit licite curare: quamvis regulas medicine ignoret, modo
absque aliquo in cantamento, aut fascino id faciat, & modo su-
perueniente feбри infirmo medicum adhibeat peritum: & mo-
do ne quid quod ignoret, intenter.

Et : Secundum peccat, qui dubitans de aliquo medicamento, an esset nocivum noxum, an non praebeat illud vt experiretur, aut lucraretur, non habere vt ignarus, &c. & magis, qui praebeat rem, quam scit nocivum noxum, etiam si ob misericordiam, aut vt egroti placeret, praebeat, & qui egrotum derelinquit, antequam debeat, ob quod mors, aut prolongatio morbi evenit, cum obligatione restituendi damnum. & Qui cum membrum aliquod necessario est abscindendum, non querit quomodo crederet bene abscissum, aut dubitans de necessitate abscindendi, iussit abscindi, & qui nesciens minuire sanguinem, vel abscindere membrum, alterum eorum, vel vtrumque facit, & qui sciens pharmacopolam medicamenti corrupti vsurum, non eligit incorrupti, & qui, quo plus stipendii accipiat, morbi curam differt.

Eadem est aliorum sententia, & omnino consilium Syluestritenendum est. Primo igitur, inquit ille, quaeritur, quid requiratur in medico vt possit artem exercere sine peccato? Et dico requiri multa. Primo enim requiritur, quod sic sit peritus, vt communiter a peritis illius facultatis reputetur idoneus: nec sufficit esse doctoratum, alias si ex notabili ignorantia in sua cura nocet infirmo, mortaliter peccat, sicuti contra illud. Non occides. de po. dist. i. homicidium. & secundum Rich. tenetur infirmo ad aequiualetis, ex quo non potest rescire re principale: imo etiam si famulus sequatur, peccat mortaliter: quia expositus sit periculo peccati mortalis, id est, operi, vnde potest sequi notabile detrimentum proximo. Nec obstat, quod hoc non intendat: quia voluntarie ponit se ad illud, vnde hoc natum est sequi. art. 15. q. i. merito. & S. sed obiicitur de Lamech. Nec tenetur solum in foro animae quando voluntarie ledit, puta prolongando infirmitatem, & huiusmodi: sed etiam quando ex ignorantia, vel imperitia; vel non sequendo traditiones artis: vt no. Pet. in auth. sed hodie. C. de iudi. quia imperitia medicum culpam annumerat. l. Si quis fundum. S. Celsum. ff. loc. & l. imperitia ff. de reg. iur. hoc tamen Pan. in c. ad aures. de arat. & qua. limitat, quando assumptis officium voluntarie: scilicet si ex necessitate bona fide fecit, quod potuit deficientibus aliis medicis. Vnde imputet sibi, qui talem eligit, ex quo dicebat se imperitum. Secundo debet esse diligens: vnde & iam petitus notabiliter negligens, in reuendendo libros, & in visitando infirmum, in qualitate rerum medicinalium, & huiusmodi: si sequatur mors, est irregularis, & peccat mortaliter: & similiter si sequatur magna aggravatio infirmitatis sine morte. Sed secundum. Anto. de Butt. in c. tua. nos. de homic. dicitur omnem diligentiam quam debet adhibuisse, quando sequitur traditiones artis, & visitat personaliter, & dicitur regimen infirmo: nec tenetur ad custodiam personalem continuam, secundum Hofstien. & sic non imputatur ei euentus mortis. ff. de offic. praefidis l. illicitas. S. sicuti. Tercio debet habere intentionem sufficituram: vt non intendat lucrari cum alterius in cura de reg. iur. nemo. lib. 6. Vnde curam, quam citissime potest, debet terminare. Et si curam extendit, & prolongat ad lucrum, pec-

Medicus ne
gligens obli
gatus ad re
stitutionem

Dubio uti
medicamen-
to non licet.

*Dannunz
vite quomo
modo resti-
tuet?*

Indoctus
peccat con-
tra 5. præ-
ceptum non
occides.

*Diligens sit
oportet.*

Celer.

Atque uti-
nam id Re-
publica in
mores in-
ducat.

stranti. c. Apostolica. secundum Innocent. & Hostiens. in omnibus autem predictis tenetur ad arbitrium bonorum virorum.

Et: Quomodo medicus se debeat habere in conferendis corporibus medicinis aut remediis? Et dico multa. Primum secundum Inno. in c. suo no. de homi. diligenter attendere debet ne illas medicinas conferat, de quibus illi secundum artem non consistat: quia si dubitat, vtrum prodesse debeat vel obesse, dando peccat: quia in dubiis tutior sequenda est via, cuiusmodi est relinquere infirmum naturae & creatori, quam medicina exponere de qua nescit.

Cum igitur imperitos medicos cædis reos agant Iureconfulti, & Theologi, non minus contra eos armari debet vigor legum, quam contra grassatores; cum plures perimant; & alieno se peccato inuoluunt magistratus, qui hac in parte officium negligunt.

Ante praxin non est admirandus aliquis adcuram agrorum.

§. 8. Medici igitur diligentissime, seu curissime eximendi sunt, ante, quam ad curam ciuitatis exhibeantur. Nec iniuria irrogatur Academicis, qui doctorem promouerunt; nam magna pars doctores ante praxin renunciantur, at princeps prudens nullum admittet, nisi iam praxin sub alio magistro exercuerit ne experimenta per mortes agat. Examinandi autem sunt, omni in parte medicinae. Tres medicinae partes nonnulli constituunt; dogmata, methodum, experientiam. In Academicis promotionibus, dogmata, pronuntiata, aphorismi exquiruntur, ratio eorum exigitur, seu methodus; experientia nondum est. Haec tamen cognoscenda est.

Diuisio medicinae à Platone facta.

Plato medicinam diuidit in eam, quae medicatis herbis, potionibus, pastillis, agro subuenit, deinde in Chirurgicam, cuius sunt malagmata, cataplasmata, sectiones, & vitiones. Tertio in curatricem quotidiani victus, & exercitiorum. Quarto, quæ morbos celeriter cognoscit, & curat tandem. Denique, quæ magno & celeri adiutorio, quasi diuina manu subuenit, & dolores pellit. Sed hæc rationes inter se ita connexæ sunt, vt fere, excepta Chirurgia separari non possint. Nostri eam diuidunt, in eam partem, quæ de hominis constitutione agit, anatomiamque, & complexionem, seu temperaturam complectitur, deinde in eam, cuius munus est corpora, à morbis præseruare, quæ quia paucissimi hominum vtuntur, nec medicum, nisi cum vis morbi spem vitæ incidit, consulere solent, ideo tot morborum cohortes ingruunt. Quasi vero ideo cæleste donum medicinae tantum nobis Deus à sedibus illis æthereis miserit, vt pestem visceribus illapsam expellamus, non etiam vt venientem auertamus. Tertia pars est, quæ causas morborum, & in morbis, symptomatum indagat, cui necessaria est integra primæ partis cognitio. Huiusmodi est illa, quæ de signis, & criteriis docet, futuras crises iudicat, & quæ præsentia sunt, quæque præterierint nouit. Id adeo dextre facit expertus medicus, vt Hippocrates prophetiæ affinem esse medicinam asserat. Et hinc Apollini quoque futurorum præsentionem, ignara vetustas adscripsit. Quinta medendi rationem tenet, quæ fit diæta, medicamentis quocunque modo sumptis, vel in viscera iniectis, vel affusis, vel diuerso genere Chirurgiæ. Hæc latissime patet. Omnia enim genera medicamentorum nouit, necesse est: simplicitia, & composita, quæ quidem magna cura perficienda curabit.

Vide quæ Syluester monuit.

In hisce omnibus, diu multumque tentandus erit, antequam approbetur, nec disputatione modo exploranda doctrina tironis doctoris, sed ipsa quoque catapotia miscere, & temperare cogetur, probare, & improbare apothecarum pharmaca. Id sane ostendit Syluester, cum negat credendum aromatario, nisi sciat esse, consensitatum, peritum, & practicum, sed sub suis oculis debet medicina compositio fieri. Frustra inspiciet medicus, si praxeos ignarus est. Itaque & hæc pars excolenda est. Nam si hæc nouerit, deinde dictata nobilium medi-

Praxin medicina caput est.

corum didicerit, facile medebitur communibus, & notis morbis; si vero componendarum specierum, vt vocant, ignarus fuerit, nihil præcepta illa iuuabunt, peponem enim pro raphano inferet, & medica morte, misero animam extorquebit.

§. 9. Nemo medicorum etiam probatissimorum, noua medicina, nisi aliis quoque probata sit, vtatur. Non ignoro veterum inuentis adici multa posse, nec noua artium condemnno; si enim omnes scientiæ temporum interuallo magna incrementa acceperunt, cur huicvni hoc negandum sit, non video. Quia tamen in humano corpore experimenta periculosa sunt, aliorum quoque sententias audiet. Non iniqua mihi visa est lex Ægyptiorum, quæ de Diod. Sicul. lib. 1. cap. 6. Quæ cum qui secundum præcepta sacri libri medicina exhibita ægrum non sanasset, culpa liberat, si contra illa scita curam instituisset, morte plectitur.

Nec audiendi qui secreta se magna, & efficacia remedia pandere nolle asserunt: ignauia, & incertitia, imo sæpe impostura illa secretorum iactatione auctoritatem præstunt. Si bona sunt, si rationem habent, indicari præstat, quam latere; venena sæpe periculose temperata, aquas decoctas, remedia vehementia proponunt, & dum vni morbo, vel parti medentur, totum corpus conficiunt.

§. 10. Vt recte medicina administretur, magnis stipendiis, & donatiuis Academicos professores, princeps instituit, deinde tres, quatuorque splendidis natalibus ortos, bonis moribus, magnis præditos ingenii, senos, septenove annos in eo studio liberaliter sustentabit: vt vero legitimis medicis honos sit, & precium, multitudinem medicorum verabit esse. Multitudinem inquam medicorum. Quæ nunc tanta est, vt nullus vicus adeo abiectus sit, in quo non complures inueniantur; nam vbi nemo est medicus omnes medicum proficiunt. Risi cum in nobili ciuitate Germaniæ, intellexissem doctorem medicum nullum esse, interrogassemque, quemnam igitur ægri consulere? Responsum est; præter fatidicanus, pharmacopœum, Chirurgum, aromatarium, dulciarium, balneatorem, etiam Iudæum, & Carnificem doses conficere, notare signa, atque omnia medici officia præstare: Et omnes inquebant, hæc arte ditescent. Non dissimulaui meam sententiam, sed magistratum grauer peccare dixi, non modo quod ciuium salutem in discrimen vocet, & simplices, faciat hominum callidorum prædam: Verum etiam quod hac ratione superstitionibus, & magicis præstigiis occasionem præbeat. Magnum est in omnibus, & naturale viuendi desiderium, in plerisque etiam nimium, nec vllare facilius æger, quam spe sanitatis decipitur, ad omnia itaque descendunt, & hæc et, si nequeat superos, Acheronta mouent, de magia vere, & ex omnium doctorum sententia Plin. lib. 30. fatetur.

Natam primum è medicina nemo dubitat, ac specie salutari, irrepsisse, velut altiore, sanctioreque quam medicinam; ita blandissimis desideratisque promissis addidisse vires religionis, ad quas maxime etiamnum caligat genus humanum: Et sane spe medicinae, multos diabolus in hoc barathrum viuendum illexit. Si igitur à magia puram ciuitatem magistratus præstare desiderat, medicos illos clancularios, aut potius ariolos esse veret. Timore mortis silentium illis indicet. Babyloniorum stolidam consuetudinem fuisse nihil dubito, qui agros in publico deponebant, vt si quis eodem aliquando morbo sanatus esset, is medendi rationem agro traderet, nec vlli præterire licebat, quin de morbo eius cognosceret. Stolidi inquam, res, nam & publice eger affligebatur, & tot cum consiliis cõflictabat, & quod grauissimum erat, ignoto credendum sæpe erat, & ignotanti, sed publice tanta erat ignorantia, vt purarent eisdem morbos, diuersis in hominibus, diuer-

Noua medicina nisi multis probata, ne admittatur.

Imo medicina maxima me tempore excrescit.

Probatissimam qui potest, incerta proponere non debet.

Secreta merito suspensa sunt, quia velum imperitia obtendunt.

Magnis præmiis ad hoc studium inducendi. Multitudo medicorum ingens est.

Qui vero medicos negligunt, impostoribus sanitatem committunt.

Medicina idolorum superstitiones miscet. Medicina abusus magiam initium.

Ferro possit illa vix tolli.

Babyloniorum stultitia.

liquo

fiſque ætatibus eiſdem remediis curandos. Ridemus igitur iſta, ſed deteriora committi videmus, ab iis, qui vitam, ſalutemque corporis, hominibus inereditis contradunt, illi enim medicamentariam aliquam rationem tenent, qua aliquos aliquando adiutos eſſe norunt, eam velut *παρρησία* omnibus applicant, quo nihil eſt pernicioſius. Sæpe etiam animas dant in diſcrimen, dum à ſagis per incantationes ſanitatem, hoc eſt à demone expectant.

Nos miramur eouique proſectam veterum credulitatem, vt magis credere. Democritus compoſitionem medicamenti promiſit, quo pulchri, & fortunati liberi naſcerentur, ſed quotidie talia videmus. Nouauit olim medicinam Aſclepiades Pompei magni libertus, & vt narrat Plinius vnuerſum prope genus humanum circumcegit in ſe non alio modo, quam ſi cælo emiſſus adueniſſet. Trahebat præterea mentes artiſicio mirabili, vinum promittendo egris, dandoque tempeſtue, tum frigidam aquam. Et quoniam cauſas morborum ſcutari prior Herophilus inſtituerat, vini rationem illuſtrauerat Cleophantus apud priſcos, ipſe cognominari ſe frigidanda præferens, vt auctor eſt M. Varro, alia quoque blandimenta excogitabat, iam ſuſpendendo lectulos, quorum iactatu aut morbos extenuaret, aut ſomnos eliceret, iam balineas auſiſſima hominum cupidine inſtituendo, & alia multa dictu grata atque iucunda: magna autoritate, nec minore fama, cum occuſiſſet ignoto funeri, relato homine ab rogo, atque ſeruato, ne quis leuiſus momentis tantam conuerſionem factam exiſtimit. Id ſolum poſſumus indignari, vnum hominē e leuiſſima gente, ſine opibus vllis orſum, veltigalis ſui cauſa, repente leges ſalutis humano generi dediſſe, quas tamen poſtea abrogare multi. Aſclepiadem adiuuere multa, quorum cura nimis anxia & rudis, vt obruendi agros veſte, ſudoreſque omni modo ciendi, nunc corpora ad ignes torrendi, ſoleſque aſidue querendi, in vrbe vmbroſa: imo vero tota Italia imperatrice, tum primum penſili b. linearum uſu ad inſinitum blandientem. Præterea in quibuſdam morbis medendi cruciatus detraxit, vt in anginis, quas curabant in fauces organo demiſſo. Damnauit merito & vomitiones, tunc ſupra modum frequentes. Arguit & medicamentorum potus ſtomacho inimicos, quod eſt magna ex parte veritum. Itaque nos in primis qua ſunt ſtomacho vtilia ſignamus.

Hæc rationē aliquam habent. Illud vero deſteſabile quod Plinius addit lib. 26. cap. 4. Super omnia adiuuere eum Magica vanitates, in tantum euecta, vt abrogare, herbis fidem cunctis poſſent.

§. 11. Cura medici excellentis in eo ſit: vt cum fieri pōt, medicinis ſimplicibus & parabilib⁹ agri vtatur. Vere Plinius l. 22. c. 24. Non fecit cerata, malagmata, emplaſtra, collyria, antidota, parens illa, ac diuina rerum artiſex: officinarum hæc, imo verius auaritia commenta ſunt. Natura quidem opera abſoluta atque perfectæ gignuntur: paucis ex cauſa, non ex coniectura & ſolis aſſumptis, vt ſucco aliquo ſicca temperentur ad meatus, aut corpore alio humentia ad nexus. Scrupulatim quidem colligere ac miſcere vires, non coniectura humana opus, ſed impudentia eſt.

Hinc factum ne medicis apotheca permittatur, ne mercibus diſtrahendis, non ſanitati ſtudeat. Quia vero inter apothecarium, & medicum poteſt eſſe conſpiratio, optime fecerit Reſpublica, ſi ipſa curam eam ſuſcipiat. Nec tamen id fieri video, quamuis laudatiſſimum ſit, cum multis locis principes, & vrbes vini vendendi, frugum molendarū, aliarumque rerum quaſi regalem curam in ſe recipiant. Priſcorum diligentiamque priſcorum, qui omnia ſeruatū nihil intentatum reliquere. In hoc ipſo cyrino ſoſcili ſunt, antequam ſcilicet malum ipſum prodeat, erumpentes, quos balauſtium vocari diximus. Hos quoque ergo experti inuenerunt ſcorpionibus aduerſari.

Sed temeratam illam, ſublatamque ait, & in locum diligentia ſuccceſſiſſe fraudes libr. 24. cap. 1. que-

ritur. Hinc nata medicina. Hæc ſola nature placuerat eſſe remedia parata vulgo, inuentu facilia, ac ſine impendio, ex quibus viuimus. Poſtea fraudes hominum, & ingeniorum capture officinas inuenere iſtus, in quibus ſua cuique homini vanitas promittitur vita. Statim compoſitiones, & miſtura inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in medio æſtimantur, hulcerique paruo, medicina à Rubro Mari imputatur, cum remedia vera, quotidie pauperimus quiſque cœnet.

Non erit ſic vilior, ſed paratior, & honoratior medicus qui ſine ſumptu perſanat, nam in obnoxiiſ medicamentiſ adhibendis, etiam magna cura eſt. Optime dixit Herophilus medicus nobilis; multas herbas calcatas prodeſſe.

§. 12. Habeat & reſpublica qui herbas medicas opportune conquirat, nam in his totam olim medicinam fuiſſe auctor eſt Plinius libr. 24. cap. 2. Hæc erat antiqua medicina, qua tota migrabat in Græcia linguas. Sed quare non plures noſcantur, cauſa eſt, quod eas agreſtes, literarumque ignari experiuntur: vt qui ſoli inter illas viuunt: præterea ſecuritas querendi, obuia Medicorum turba. Multi etiam inuentis nomina deſunt, ſicut illi, quam retulimus in frugum cura, ſcimusque deſoſſam in angulis ſegetis præſtare, ne qua ales intrer. Turpiſſima cauſa raritatis, quod etiam, qui ſciant, demonſtrare nolunt, tanquam ipſi perituro ſit, quod tradiderunt aliis. Accedit ratio inuentioſis anceps. Quippe etiam in repertis, alias inuenit caſus, alias (vt vere dixerim) Deus.

Atque hæc tanti olim fuere, vt Arcadibus ſatis eſſet, pro medicina lacte vtī bouum, quæ herboliſ locis paſcerentur, Plin. libr. 25. cap. 8. Alioquin herbiferum Lac è locis eſſe, & Pelium montem in Theſſalia, & Telethrium in Eubœa, ſalubribus, & totam Arcadiam, ac Laconicam tradunt. Arcades qui & herboliſ dem non medicaminibus vtī, ſed lacte circa ver, quoniam tunc pro medicamaxime ſuccis herbæ turgent, medicenturque vbera paſcuiſ. na ArcadiBibunt autem vaccinum, quoniam boues, omniū ore ſere ſunt bus ſuit. in herbis. Potentia earum per quadrupedes, etiamnum duobus claris exemplis manifeſta ſit.

Verum hoc Arcadicum, & antiquæ ſtoliditatis eſt, cum enim ſint varia morborum genera, non poteſt illa *παλαιοποία* omnibus, ſed aliquibus tantum mederi.

§. 13. Magna cura eſſe debet principi, ne noua medicina inducantur, vt dixi; nam probatio eſt in ancipiti, itaque caute admittendi, quos Paracelliſtas appellant. Probat Plinius nullam artem in conſtantioreſ fuiſſe, & tuo quoque tempore ſæpius mutarum, cauſa mutationis eſt, cupiditas quaſtus, vt nouitate ad ſe homines alliciant, ſtudioſe vero ſuſcipiunt, ab agris noua quia veteribus lente ſe curari ammaduertunt, & vt cubiculorum, lectorumque comutationibus, ita medicina etiam varietate gaudent.

Diu omnes Hippocrateſ tenuit, qui circa initia belli Peloponeſiaci claruit. Eum remedia in templo ſcripta ex more, medendi facultatem hauiſſe aiunt, moris enim erat, vt qui morbis liberati eſſent; remediū genus, modumque ſcriptum in templo reponerent, his uſus ille, ſano iam exuſto famam paraſſe dicitur, ſed tanta rerum ſcientia, ſatis oſtendit alio eum præceptore uſum; ille quidem gratis omnes ſanauit, ſed Prodicus eius diſcipulus, quaſtuolaſ ſecit, & Iatrolepticeſ inſtituit. Sed horum placita Chryſippus, Chryſippi vero Eraſiſtratus nepos Ariſtoteliſ mutauit, atque ita præceptores diſcipuli reiecerunt. In Sicilia alia ſecta fuit Empiricorum, auctore Acrone Agrigentino, ea cito, vt pote opinionibus nitens, & experientia, in varias ſectiunculas diſſipata eſt, quas omnes merito damnauit Herophilus: de ſecta Herophili notanda verba ſunt Plinii lib. 29. cap. 1. Deſerta deinde & hæc ſecta eſt, quoniam neceſſe in ea literas ſcire. Miror & pene obſtupeſco; fuiſſe ſectas medicorum, quæ literas neſcirent. Et eam quæ literarum cognitionem requireret, eo ipſo eſſe deſertam. Sed tamen

Huius malo ſola principis auctoritate obſiſſi poteſt.

Olim res herbaria medicamentis ſufficit.

Lac è locis & herboliſ dem non medicaminibus vtī, ſed lacte circa ver, quoniam tunc pro medicamaxime ſuccis herbæ turgent, medicenturque vbera paſcuiſ. na ArcadiBibunt autem vaccinum, quoniam boues, omniū ore ſere ſunt bus ſuit.

Nouitas nō medicamentis diuina xat, ſed etiam ſecta principis iſſe eſſe deet.

Nihil tam nouitate placet, quæ medicina.

Mutatio medicina.

Deſerta medicorum olim illiterata.

Hodie co-
hortes me-
dicorum il-
literatorum
inueniuntur.

O mores in-
sanientis
urbis, ubi
iudicra plu-
ris erant,
quam sani-
tas.

Nonatores
medici fa-
mam capta-
tes negoti-
antur ani-
mas.

Medicina
non damna-
da, sed vitia
medicetium.

Cato periu-
ros medicos
damnat, no-
magis est
iudeis fi-
dendum,
quam hisce
impostori-
bus.

nonne & hodie desertis illustribus medicis, ab ani-
culis, & rusticis sanitatem multi petunt, & eo magis
eorum dicta suscipiunt, quod sunt ab inereditis? Se-
cutus deinde Asclepiades, eius scita mutauit auditor
eius Themison, huius placita mutauit Antonius Mu-
sa, cum contraria medicina sanasset Augustum; sed a-
liam quoque sectam instituit Valens Veditius Mella-
lina adulter, eoque potens. Neronis imperio Thesi-
lus cuncta veterum decreta deleuit, & rabie quadam
in omnis aui medicos perorauit, sepulchro suo cura-
uit inscribi se latronem esse. Interim totam urbem
traxit, etatem illam, ait Plinius, ad eum transiisse. Nullius
histrionum, equarumque trigarij comitior egressus in publi-
co erat: sed hunc viuientem adhuc, sua turba destituit.
Nam Crinias Massiliensis arte geminata, vt cautior,
religiosiorque, ad siderum motus ex Ephemeride
Mathematica cibos dando, horarumque obseruando,
authoritate cum praecessit. Hi regebant fata, ait Plinius
lib. 29. cap. 1. cum repente ciuitatem Charmis ex eadem Mas-
silia inuasit, damnavit non solum prioribus medicis, verum &
balneis, frigidaque etiam hibernis algoribus lauari persuasit.
Meruit egros in lacus. Videbamus senes Consulares, vsque in o-
stentationem rigentes. Qua de re exiit etiam Annae Seneca a-
stipulatio. Nec dubium est, omnes istos samam nouitate aliqua
aucupantes, animas statim nostras negotiari. Hinc illa circa a-
gros misera sententiarum concertationes, nullo idem consente-
ne videatur accessio alterius. Hinc illa infelices monumenti in-
scriptio, turba se medicorum perisse. Mutatur ars quotidie, to-
ties interpolatur, & ingeniorum Graecia statu impellitur.
Palamque est, vt quisque inter istos loquendo polleat, impera-
torem illico vita nostra, necisque fieri: cui vero non nulli gentium
sine Medicis degant, nec tamen sine Medicina: sicut populus Ro-
manus vltra sexcentessimum annum, nec ipse in accipiendis
artibus lentus, Medicina vero etiam audius, donec expertam
damnavit.

Nimum calamo indulget, o Plini, non artem da-
mnavit, sed hominum vitia, auaritiam, crudelitatem,
superbiam, ars tenenda, vitia coercenda, & vt coerce-
ri pollint occasiones tollenda. Id patet ex eo quod
laxum Heminam Romanus egregie carum habuit,
sed cum vulnerarius esset, laetitia vrendi, secandique
nomen transiit in carnificem, & ars in tadium. Hoc
ipsum verba Catonis ostendunt. Dicam de istis Graecis
suo loco, Marce fili, qui Athenis exquisitum habeam, & quod
bonum sit eorum literas inspicere, non perdisce. Vincam ne-
quisissimum & indocile genus illorum: & hoc puta vatem dixisse:
Quandocunque ista gens suas literas dabit, omnia corrumpet.
Tum etiam magis, si medicos suos huc mitteret. Iurauerunt in-
ter se barbaros necare omnes medicina. Sed hoc ipsum mercede
faciunt: vt fides iis sit, & facile disperdant. Nos quoque dicunt
barbaros & spurcius nos, quam alios opicos appellatione se-
dant. Interdixi tibi de Medicis. Atque hic Cato D CV. anno
urbis nostrae obiit LXXV. suo, ne quis illi defuisse publice tem-
pora, aut priuatum vitae spatium ad experiendum arbitretur. Quid
ergo: damnavit ab eo rem vtilissimam credimus? Minime
hercule, subiicit enim qua medicina & se & coniugem vsque
ad longam senectam perduxerit, iis ipsis scilicet, quae nunc nos
tractamus. Profiteturque esse commentarium sibi, quo medea-
tur filio, seruis familiaribus, quem nos per genera vsus sui dis-
ferimus. Non rem antiqui damnavant, sed artem. Maxime
vero quæstum esse immam pretio vitæ recubant.

§. 14. Omnes pharmacorum compositiones de-
scriptionesque pharmacopola iuratus asseruet, atque
in singulos annos non medicamentaria officina diti-
taxat, sed medicamentorum etiam exhibitum exa-
men alii medici adiunctis viris & senatu primariis in-
stituant. Si enim error commissus fuerit, si non ætati,
non personæ accommodata medicina fuerit, multa
corrige poterunt, & si alieni capitis iniuria res steterit,
moneri medicus, ne porro peccet; & si grandius erra-
tum remoueri. Cum enim populus iudicare non pos-
sit, debet eam curam princeps peritis committere, ni-

hil hac in re miseris homine, & olim ita fuit. Plinius
lib. 29. cap. 1. Solam hanc artem Græcarum nondum exer-
cet Romana grauitas in tanto fructu, paucissimi Quiritium
attigere, & ipsi statim ad Græcos transfuge; imo vero autori-
tas aliter quam Græce eam tractantibus, etiam apud imperi-
tos expertesque lingue, non est. Ac minus credunt, quæ ad salu-
tem suam pertinent, si intelligunt. Itaque hercule in hac artem
sola euenit, vt cuiusque Medicum se professio statim credatur,
cum sit periculum in nullo mendacio maius. Non tamen illud
intuemur, adeo blanda est sperandi pro se cuiusque dulcedo. Nul-
la præterea lex, quæ pumai inscitiam capitalem, nullum exem-
plum vindictæ. Discunt periculis nostris, & experimenta per
mortes agunt. Medicoque tantum hominem occidisse impuni-
tas summa est. Quinimo transit conuictum, & intemperantia
culpatur, vltroque, qui perire, arguuntur. Sed decurie pro
more censuris principum eximantur: inquisitio per parietes
agitur: & qui de nummo iudicet, a Gadibus columinisque Her-
culis accersitur, de exilio vero non nisi de XL. quinque electis vi-
ris datur tabella. At de iudice ipso quales in consilium eunt, sta-
tim occisuri. Merito, dum nemini nostrum liber scire, quid fa-
lusi sua opus sit. Alienis pedibus ambulamus, alienis oculis agno-
scimus, aliena memoria salutamus: aliena viuimus opera. Pe-
rieruntque rerum natura pretia, & vitæ argumenta. Nihil a-
liud pro nostro habemus, quam delitias.

Sane in cauiss civilibus datur appellatio, & post
appellationem reuoluit, ita vt bona causa, per ius perit
re non possit. Hic in vita hominum pericula in pe-
ctio constituantur, vt sit aliquis metus perimendi.

§. 15. Medicus in Republicam admittendus iu-
ramentum præstet, se non modo fidelem fore, sed et
iam quantum poterit pro ratione personarum sum-
ptibus temperaturum. Id vero etiam visitatores ex-
pendant, an in morbo communi, & vilioribus reme-
diis curabili, sine causa, grauioribus expensas fecerit.
Quid enim vniones, & gemmas necesse est liquari,
quæ res prodigioia etiam in regia luxuria est, si bera,
& malua salubrius alium subducunt: Innocentiora
sunt obuia. Si enim sola preciosa prodesse Deus vo-
luisset, paucis diuitibus tantum consuluisset. Precio-
sa voco non genere modo, sed mistione quoque; Deus
bone, quoties audiui in vnum puluisculum precio-
sissimum multa, nisi fallor septuaginta quatuor ingredien-
tia. Quomodo omnes istorum virtutes inter con-
temperantur? Iam olim ea de Plinius queritur. Theria-
ce vocatur excogitata compositio luxuria. Fit ex rebus exter-
nis, cum tot remedia dederit natura, quæ singula sufficerent.
Mitridaticum antidotum ex rebus LIV. componitur, in-
terim nullo pondere equali, & quarundam rerum sexagesima
denarii vnus imperata. Quo Deorum perfidiam istam mon-
strante? Hominum enim subtilitas tanta esse non potuit. O-
stentatio artis, & portentosa scientiæ venditatio manifesta est.
Ac ne ipsi quidem illam mouere. Comperique vulgo pro cinnam-
bati Indica, in medicamenta nimium addi inscitia nominis,
quod esse venenum docebimus inter pigmenta. Ecce tibi igno-
ratione medici, venena pro medicamentis dantur.

§. 16. Sed frustra agimus cum priuatis, nisi lex pu-
blica subueniat. Nam vt vitæ quædam luxuriose, ita
& medicinæ iactantia est. Nihil tam absurdum dicit
philosophus quod non alicuius leuitate credatur,
nihil tam venenatum, aut vanum præscribit medi-
cus, quod non cum periculo etiam sumatur; ex cime-
re, nidoque phænicis medicinas prodidit.

§. 17. Medicus cum morbus est periculosus de a-
nimæ salute moneat ægrotum. Consilium Nauarri,
aliorumque hac in re moderatum est, verbo Medicus.
Tertio peccat, qui non persuadet infirmo confessionem, ante-
quam medicinam ei applicet, cui non est locus, quando mani-
festum est morbum non esse periculosum. quicquid dicat Sili-
nec etiam quando credit esse periculosum, & letiferum, si iux-
ta consuetudinem bonorum, & honoratorum medicorum mo-
net eius parochum: aut qui eius curam gerunt, vt illi sacramen-
ta præbeant, & ipsi omittunt dicere id per se: non quia nolunt
id fa-

Aurum la-
pide, & tru-
tina proba-
mus, de vita
omnibus
credimus.

Reges devi-
ta subdi-
rum cauti-
sime, & sen-
tissime iu-
dicant, de
regibus in-
ferendum
decernit.

Hoc ad me-
dici fidem
pertinet; sed
ut ea castius
seruetur in-
ueniunt etiam re-
quiro.

Pauperi et-
iam phar-
macum na-
tura prou-
dit.

Quinquaginta qua-
tuor partes
& quadam
sexagesima
in vna dosi.

Imperiti
medici om-
nia periu-
ris insun-
dunt.

Medici
officium est
egrotum de
salute an-
ima moueri.

id facere, sed quia putant id infirmo nociturum: iuxta Caiet. Nam ut ipse ait, & nos, illa constitutio hoc modo recepta est, & observata: & quamvis infirmus confiteri nolit, non ideo a medico relinquendus est, iuxta omnes.

Qui flagi-
tius vitam
servant,
eam maio-
ribus malis
obruunt.

§. 18. Si quis medicus ad sanitatem proponat remedia flagitiosa, ut calidum infantis cæli sanguinem, quemadmodum factum Constantino, ebrietatem, *πολύποση*, adulteria, abortus, intestabilis esto, & pro ratione culpæ puniatur. Vita enim per scelera servari non debet. Hoc itaque agendum, ut vir bonus sit, ne maiora mala mori, dum morbis medetur, inuehat. Credat itaque sanitatem esse Dei donum, ab eo pendeat, nec hoc sibi tribuat, ut Deo non probante agros sanare se posse asserat. Mores specie medicinæ corruptos testatur Plinius. Illa perdidit imperii mores, illa qua sani patimur, luctatus, ceromata, seu valetudinis causa instituta, balnea ardentia, quibus persuadere in corporibus cibos coqui; ut nemo non minus validus exiret, obedientissimi vero efficerentur. Potus deinde ieiuniorum, ac vomitiones, & rursus perporationes, ac pilorum evitatio instituta resinis eorum. Itemque pectines in fœminis quidem publicati. Ita est profecto, lues morum, nec aliunde maior, quam è medicina, vatem prorsus quotidie facit Catonem, & oraculum: satis esse ingenia

Græcorum inspicere, non perdiscere. Hac fuerint dicenda pro Senatu illo, sexcentisque populi Romani annis adversus artem, in qua condicione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt: simul contra attonitas quorundam persuasiones, qui prodesse nisi pretiosa non putant.

Apollonidem Coum qui iure merito post vnius anni *αἰσχρογῆς*, & cruciatus perfico more viuis est defossus, aliosque prætereo, quia de medicis, non de virtutis hominum tracto, quæ in omni genere hominum inveniuntur enormia.

Hæc de institutione, quæ de iurisprudentia dici possunt, itemque Theologia, libro de legibus, & magistratu Ecclesiastico rectius exponentur, de institutione ad militiam, ipsoque bello agendum est libro singulari. De artibus mechanicis, cum de quærenda potentia rationem dabo, commode dicam, quamvis enim alium finem habere possint, *χρηματοποιοῦν* tamen fere habent propositam. Nec mihi alio modo de his agendum est, quam ut ad Rempublicam accommodentur. Omnia enim verum vsum

habent, si bono publico transigantur.

